

Der Konvent des Klosters Malmesbury an Kaiserin Mathilde: preist das Wirken der verstorbenen Königin Mathilde und schildert die Entstehung der von ihr angeregten Gesta Regum Anglorum. Mit der Überreichung des Werkes begibt sich der Konvent in den Schutz der Kaiserin.

(Winter 1126/27?)

Alia epistola ad imperatricem.

Gloriosissime imperatrici et domine sue Mathildi cetus fratrum Malmesberie deo et sancte Marie sanctoque Aldelmo servientium salutes et fideles orationes.

Regalis pietas et vere pietatis sancta religio reverentissime matris vestre, Mathildis regine, iamdudum post eius discessum nos premonuere, nil minus de vestra quam de ipsius bonitate sperare. Et quia spei nunc pene satisfecit rei veritas in hoc, quod sitis apud regem nostrum totius rectitudinis stipes, totius clementie origo, totius misericordie status, gratias deo votis omnibus exhibemus. Et iuste quidem!

Cum enim ipsa vivens tot(i) pene nostro¹⁾ seculo subveniret et in eius pietate fere omnium penderet solatium nostramque regali dote possideret ecclesiam, uberius nos eius misericordia fovebamus. Quippe ipsius regimine ibi abundanter fulgebat religio, ubi totius caritatis preminebat plenitudo. Infamis igitur Fortuna talibus nostre ecclesie successibus invidens tanto nos acrius affecit eius fine dolore et merore, quanto familiarius eius regimine pollebat ipse locus gloria et honore. Et vix tante desolationi nostre respiravit spei consolatio felicitis adventus vestri in Angliam, prestantissima domina, quia satis deceret vos imperatricem dominari, [vel ubi] unde^{m)} mater vestra merito veneranda, insignis regina, dominabatur. Maxime vero, cum de vita eius nil aliud reprehendi possit, nisi quod ipsam ecclesiam sine rectore dimiserit, iustissimum est tam potentis filie sapientia corrigi, quo beatissime matris ignorantia actenus potuit reprehendi. Quapropter dominationem vestram, in quanto possumus, animo rapimus et hoc libro, quem iussu domine nostre de Anglorum regum gestis scribere fecimus, nos et nostra regie advocacy vestre submittimus.

Solebant saneⁿ⁾ huiusmodi libri regibus sive reginis antiquitus scribi, ut quasi ad vite sue exemplum eis instruerentur aliorum prosequi triumphos, aliorum vitare miseras, aliorum imitari sapientiam, aliorum contemnere stulticiam. Quod beatissimam matrem vestram non latebat, cum eius sanctissimus animus adeo litterarum negociis operam dedisset.

Semel igitur nobiscum inito sermone de beatissimo Aldelmo, cuius se consanguineam non immerito gloriabatur, seriem eius prosapie sciscitata est. Acceptoque responso, quod eadem esset, que regum Westsaxonum fuisset, rogavit, ut totam eius progeniem brevi sibi libello disponeremus, se non indignam asserens more antiquo volumine gestorum regum Anglorum honorari. Nec^{o)} potuit nostra negare humilitas, quod tam imperiosa volebat auctoritas.

¹⁾ nostro über der Zeile nachgetragen; omnibus exhibemus — seculo scheint auf Rasur zu stehen.

^{m)} domina ist am Rande von derselben Hand nachgetragen; (domina-)ri vel ubi steht am Zeilenanfang auf Rasur, der vorgezeichnete Zeilenspiegel wurde hier bei der Rasur zerstört. Die Glosse vel

ubi, die nachträglich unsinnigerweise in den Text hineingenommen wurde, ist in T noch deutlich als Marginalie im Falz zu lesen.

ⁿ⁾ Solebant — stulticiam auch bei V, sane fehlt V.

^{o)} Nec] non V; Nec — auctoritas auch bei V.